



# Disputatio juridica inauguralis de commodato

<https://hdl.handle.net/1874/342351>

DISPUTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS,  
DE

39.

# COMMODATO,

QUAM,  
DIVINO FAVENTE NUMINE  
Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

## D. M. JOANNIS LUYTS,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ  
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

UT ET

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS;  
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privi-  
legiis ritè, & legitime consequendis,

*Eruditorum examini subjicit,*

CORNELIUS van MINNEBEECK, Amstelodamensis.

A. D. 10. Decemb. hora locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ  
Typographi, clō lōc LXXXVIII.

PRUDENTISSIMO CELEBERRIMOQUE  
VIRO

**D. DOMINICO VOOCHT,**  
apud Amstelodamenses Mercatori soler-  
tissimo, justissimo, Avunculo ea qua  
par est observantia, colendo, amando.

NEC NON

NOBILISSIMO AC CONSULTISSIMO  
VIRO DOMINO

**D. FRANCONI DU BOIS,**  
Reipublicæ Rotterodamensis Senatori,  
dignissimo, Exconsuli, & in Senatu per-  
illustrium Ordinum Hollandiæ Delega-  
to vigilantissimo, Cognato plurimum  
honorando.

*Hanc suam Disputationem Inauguralem*

D. D. C.

CORNELIUS VAN MINNEBEECK, *Auctor.*





DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

COMMODATO,

THESIS I.



Commodati nomen in jure ambiguum est; interdum enim rem ipsam in contractum Commodati deductam. *l. 3. §. 3. ff. h. t.* Interdum jus in re Commodata constitutum *l. 5. §. 2. h. t.* interdum autem ipsum contractum Commodati significat: in quo sensu Commodatum definitur.

A 3

Con-

#### 4 DISPUTATIO JURIDICA

*Contractus juris gentium bonæ fidei, re constans, quo res aliqua gratis alicui utenda datur ad certum tempus & modum, ea lege, ut eadem res in specie restituatur.*

##### I I.

Ex hac definitione apparet, quænam in commodato requirantur: Primo scilicet, ut res, quæ utenda datur, detur gratis: Secundo, ut ille, qui commodat, certum tempus & modum adjiciat, Tertio, ut finito usu eadem species restituatur.

##### I I I.

Primo igitur requiritur ut res, quæ utenda datur, sit gratuita. §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. obl.* Nihil autem refert, qualis sit res, non tantum corporalis, sed & incorporalis ut habitatio, non tantum mobilis sed & immobilis. l. 1. §. 1. *ff. h. t.* Nihil etiam interest, an sit res propria an aliena.

*l. 15.*



*l. 15. ff. h. t.* excipiuntur tamen res propriae  
 ipsis dominis, *l. 15. ff. depos.* nemini enim  
 res sua commodatur. Res autem, quæ com-  
 modatur ideo debet esse gratuita, quia ratio  
 est in *d. §. 2.* scilicet commodare officii & li-  
 beralitatis est, mercede autem interveniente,  
 non commodatum sed locatio conductio erit,  
 aut si res pro re detur, degenerat in contractum  
 innominatum; & agendum præscriptis ver-  
 bis. *l. 17. §. 3. ff. de præsc. verb.*

## I V.

Secundum requisitum, in quo differt à  
 præcario, est, ut commodans certum modum  
 & tempus adjiciat. *l. 17. §. 3. ff. h. t.* Com-  
 modare autem possunt omnes illi, qui re-  
 rum suarum habent administrationem, ne-  
 que requiritur an commodans sit Dominus,  
 nam & rem alienam sciens aliquis commoda-  
 re potest, quemadmodum est in fure & præ-  
 done *l. 16. h. t.* qui tamen non consequitur  
 actionem immediate ex sua improbitate, sed

## 6 DISPUTATIO JURIDICA

ex legitimo interveniente negotio : excluduntur tamen furiosus , pupillus & similes.

V. Debet itaque is , qui commodat , certum modum adjicere ; Commodatum enim dicitur , quod sit *cum modo datum* id est ita datum , ut certa forma & modus utendi sit præscriptus ; hinc si commodatarius re commodata aliter utatur , tenetur etiam furti *l. 5. §. 8. h. t.* quare etiam differt , ut dixi , à præcario , quo quidem res utenda datur etiam gratis sed simpliciter , non autem ad certum usum ; & præcarium ad lubitum concedentis revocari potest , Commodatum autem non , nisi finito tempore utendi præscripto. *l. 1. §. 2. ff. de præsc. & l. 17. §. 3. h. t.*

### V I

Tertium requisitum est , ut eadem species finito usu restituatur ; in quo differt à mu-



mutuo, quoniam in mutuo res ita datur, ut fiat accipientis, in Commodato autem accipiens non fit Dominus rei Commodatæ, sed commodans proprietatem retinet *l. 8. h. t.* præterea res commodata in specie, res mutuo data in genere restituenda est; in mutuum veniunt res fungibiles tantum, in Commodatum corpora vel species, excipe tamen, si res ad pompam vel ostentationem vel dicis gratia commodata sit, *l. 3. §. ult. & l. 4. h. t.*

V I I.

Absoluta definitione, ejusque explicatione, videndum porro; quis sit effectus Commodati, qui in eo consistit, quod contrahentes sibi invicem obligentur, ex quo nascuntur duæ actiones Commodati, una directa, altera contraria. Directa, quæ est personalis, civilis, datur Commodanti adversus Commodatarium ut rem in specie restituat & præstet dolum & omnem culpam. Dixi *civilis*, utpote ex contractu nominato & jure civili recepto originem



## 8 DISPUTATIO JURIDICA

nem habens, est deinceps *Personalis*, quia ex contractu personali nascitur. §. 1. *inst. de action.*

## V I I I.

Datur porro hæc actio Commodanti directo, ratio est, quoniam ipsius gratia fit repetitio, & eo modo præcipue hic contractus est initus *arg. l. 15. & 16. ff. b. t.* Datur adversus Commodatarium sive sit paterfamilias sive filiusfamilias *l. 39. ff. de obl. & act.* non tamen adversus furiosum *l. 2. ff. b. t.* in quem ad exhibendum agitur *l. 2. eod.* neque in pupillum sine tutoris auctoritate contrahentem, nisi in quantum locupletior factus est *l. 3. in princ. b. t.* quod si plures sint Commodatarii, omnes ob usum individuum in solidum tenentur §. 5. *ult. b. t.* imo in heredem Commodatarii, quo casu non in solidum sed pro parte, qua heres est, convenitur *l. 3. §. 3. b. t.* nisi forte facultatem habeat totius rei restituendæ, neque faciat, tunc enim

INAUGURALIS. 9

enim condemnatur in solidum, quasi hoc boni iudicis arbitrio conveniat. l. 3. §. 3. h. t.

I X.

Finis est ut res in specie restituatur, & Commodatarius præstet dolum & omnem culpam. Dico in *specie*, nam si deterior reddatur, reddi non videtur l. 3. §. 1. h. t. non solum autem ipsa res petitur, sed etiam omnia accessoria, & quidquid ex re fructus, quocumque tempore utilitatisque obvenit, l. 5. §. 9. h. t. non enim res quaestui Commodatario esse debet, quoniam ejus periculo non est. l. 13. §. 1. h. t.

X.

Præterea Commodatarius præstare debet dolum & omnem culpam. Dolus autem definitur in l. 1. §. 2. *de dol. mal.* quod sit omnis calliditas, fallacia, machinatio, ad circumvenendum, fallendum, decipiendum alte-

B rum



rum adhibita. Culpa nihil aliud est quam negligentia, est que lata, levis & levissima. Lata est, ignorare quod omnes intelligunt, levis est, non adhibere illam diligentiam quam diligens paterfamilias adhibet. Levissima est non adhibere illam diligentiam, quam diligentissimus paterfamilias adhibet.

## X I.

Si ergo Commodatarii solius gratia commodatum sit, levissima etiam culpa ab eo præstanda est *l. 5. §. 2. h. t.* quoniam quo magis est beneficium, eo magis est cavendum, ne pro beneficio injuria rependatur. Interdum tamen Commodatarius de levi tantum tenetur; si scilicet utriusque utilitas in Commodato sit, quoniam beneficium hic minus est, *l. 18. princ. h. t.* interdum tantum culpa lata præstatur, si agatur de sola gratia Commodantis, *l. 5. §. 10. h. t.* quæ cum Commodatarius non accipiat beneficium quam præstet ideo tam arcte non tenetur. De fortuito autem casu

casu non tenetur, quoniam is prævideri nequit, *l. 5. §. 4. ff. h. t.* excipe tamen primo, si casum fortuitum in se receperit *l. 1. C. h. t.* præterea si Commodatarius in restituenda re Commodata moram fecerit, & post moram res Commodata interierit, sua enim cuique mora nocet. *l. 173. §. 1. de reg. jur.*

## X I I.

Actio Commodati contraria datur Commodatario adversus Commodantem, ad id, ut actor serverur indemnis; & competit primo, si res Commodata ante expletum usum vel tempus fuerit revocata, *l. 17. §. 3. h. t.* præterea si Commodatarius ex re vitiosa Commodata quid damni passus sit, veluti si quis sciens vasa vitiosa Commodavit ibique infusum vinum vel oleum corruptum effusumve sit, *l. 18. §. 3. h. t.* porro si rem Commodatam perdiderit & pretium solverit, postea vero res illa in potestatem Domini veniat, *l. 13. §. ult. h. t.* denique etiam datur hæc



actio propter sumptus in rem Commodatam factos, *l. 18. §. 2. h. t.* excipe tamen modica impendia & cibaria, quæ ad eundem, qui re utitur, pertinent. *l. 18. §. 2. h. t.*

## COROLLARIA.

### I.

**C**ommodatarius ex natura Commodati tenetur de omni culpa etiam levissima.

### II.

Si duobus vehiculum sit Commodatum, uterque illorum in solidum tenetur.

### III.

Compensatio locum habere potest in Commodato.

### IV.

De controversiis ex testamento ortis, non aliter licet transigere, quam si inspecta fuerint verba.

F I N I S.

Z E G E N - W E N S

*Aan den scherpsinnigen en hooggeleerden Heer*

**CORNELIUS MINNEBEECK,**

*Als by der beyden Rechten DOCTOR  
gepromoveert wierd.*

Wat hemelhooge rots?

Wat onbeklimbre klip, verheft haer kruin soo trots.  
Nae 't sliktrend stertapijt? ja scynt den sonnewagen

Op haren top te dragen?

Hoe light is 't Pelion weerom door reusen kraght

Op Ossaas kruin gebraght?

Of Coucafus gescraegt

Op Atlas grof gebeent, die dees geheymen draegt?

Neen 't zijn geen Coucaes rotfen

Noch Pelion gebruikt de Goon daer mee te trotsen:

Maer 't is de sitplaets van de groote Regt-Godinne,

Heer MINNEBEECK u minne.

Haer woonsteed is Parnas, wiens groenbeplante kruin:

Vleght om haer Kerk een tuin,

Van groene myrtus looten,

Van geurigh palmenloof, en frisse lauerfcoten:

Hier siet gy s' op haer troon,

Met waeg, en stale kling, en groene lauerkroon.

Gy siet ook dat s'in 't recht noch groot noch klein aensiet:

't Geen 't oogden-dek bediet.

Wie sou dit minlijk beelt niet in sijn ziel besinnen?

Heer MINNEBEECK u minnen

Is soo ver op gestegert,

Dat Themis aen u min geen wedermin meer weygert.

U moet



U moet beklom soo hoog  
Dees groote moeiten-rots dat noch ten laetsten boogh  
De moeite voor u moet; doen gingt gy verder stappen  
Nae Themis Outaertrappen.  
De Priesters die men sagh rontom haer marbre Kerk  
Die schorsten al haer werk,  
En sien wiens teere jeugt  
Had in sijn eerste lent, soo mannelijke deugt:  
Elk woud' tot vreugde teken  
U, moedge jongeling; noch grooter moet in steken:  
Doch eyndelijk sprak'er een wiens hoofd vol grijse haren  
Gaf teken van sijn jaren.  
Tree toe Heer MINNEBEECK, aenschou dit sinnebeelt.  
't Geheym dat daer in speelt.  
De waegschael daer de oogen  
Van den aenkomeling het eerst op sijn geboogen,  
Vertoont u dat het recht  
In alles even blijft, wanneer 't geschillen slecht.  
Soo gy dees evenheyt in alles gade slaet  
Volbrengt gy Themis raet.  
Ook schijntet u te raen, dat gy uyt wijse boeken  
Niet alles hoeft te soeken:  
Maer dat verstant en reden  
Gewogen tegen 't boek, het tegenwicht bekleeden.


Dit is het eerste werk  
Dat Themis eyft van al de Priesters van haar Kerk:  
Doch so gy verder wilt, so meugt gy 't slaghswaert vatten,  
Doch niet om uyt te spatten,  
Niet op 't vergieten van onnosel menssen bloet  
't Geen dese kling verhoet:  
Maer 't wort u toegestelt,

Tot

Tot 's reghts verdediging, en temming van 't geweld.  
Indien gy dan na reden  
Het ampt van reghtsgeleerd, of reghter sult bekleden,  
Sal Themis noch op 't laetst haer waerdigh hoofd ontciere  
Van 't kransjen van Laurieren,  
En kroonen 't roemrijk breyn, dat met so dapp'ren moet  
En yverigen gloet,  
Dorft tot haar bergh genaken,  
Om door sijn wakkerheyt tot op den top te raken.  
Dan sal de schelle faam  
Op haer vergult Trompet, verkondigen den naem  
Des wak'ren MINNEBEECKS, dat den nakomeling  
Sta vol verwondering.  
Hier hielt den ouden op. Meer kan ik ook niet wenssen,  
Als dat u alle menssen  
Ook so lukzaligh aghen,  
Als die geen hooger schat, als wijsheyt heeft te waghten.

*Cecinit absentibus musis*

G. S.





Tot 's rechts verdelging, en tenuing van 's geweld.  
Inden gy dan na reden  
Houten van verstand, of recht, of list, of bedden,  
Sal't hem noch op 's laet, hem wachlich hoort ontdecken  
Van 's kansen van 's kansen.  
En kroonen 's roem, dat niet lo dapp' ten moet  
En 's vangen gloer,  
Dat tot hem, dat in 's  
Om door 's wakerheit tot op den top te raken  
Dan sal de schelle nam  
Op haer versta, 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Des waken 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Sij vol verwording,  
Hier hiet den ouden op, 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Als dat 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Als die geen hooger licht, 's vangen, 's vangen, 's vangen

Gevoel, 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Gevoel, 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Gevoel, 's vangen, 's vangen, 's vangen  
Gevoel, 's vangen, 's vangen, 's vangen



Niet op 's vangen, 's vangen, 's vangen